

ESERCIZI LEZIONE 23

1. Periodo ipotetico indipendente: il primo tipo

1. *Si haec vox Licinii hortatu praeceptisque conformata nonnullis aliquando saluti fuit, huic profecto ipsi et opem et salutem ferre debemus.*
2. *Si sunt di neque ante declarant hominibus quae futura sint, aut non diligunt homines aut, quid eventrum sit, ignorant.*
3. *Si mihi di faciles, si sunt in amore secundi, invitis oculis haec mea verba leges.*
4. *Si quid est in me ingenii, aut si qua exercitatio dicendi aut si huiusc rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis ac disciplina profecta, earum rerum omnium A. Licinius fructum a me repetere debet.*
5. *Fauni vocem numquam audivi; tamen tibi, si audivisse te dicas, credam.*
6. *Si vultis haec audire, date diem; si ne hoc quidem impetro, non meruistis.*
7. *Nisi utile est quod facimus, stulta est gloria.*
8. *Memoria minuitur nisi eam exerceas, aut etiam si sis natura tardior.*
9. *Ea de caede quam verissime expediam, si pauca supra repetiero ab initio.*
10. *Signa ostenduntur a dis rerum futurarum; in his si qui erraverunt, non deorum natura sed hominum coniectura peccavit.*

2. Periodo ipotetico indipendente: il secondo tipo

1. *Ego si hoc dicam, me tua causa praetermissis provinciam, tibi ipse levior videar esse.*
2. *Quae te si iubeat rex dominusque, neges?*
3. *Si quis velit artem demonstrare nihil prodesse ad dicendum, non male utatur hoc adiumento, quod unus omnis artis partes consequi nemo potuerit.*
4. *Si velim et nostrae civitatis exemplis uti et aliarum, plura proferre possim detimenta publicis rebus quam adiumenta, per homines eloquentissimos importata.*
5. *Veniam ad vos, si mihi senatus det veniam.*
6. *Non me per altas ire si iubeas nives pigeat gelatis ingredi Pindi iugis.*
7. *Haec si tecum patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit?*
8. *Dies iam me deficiat, si quae dici in eam sententiam possunt coner expromere.*
9. *Hanc ego viam, iudices, si aut asperam atque arduam aut plenam esse periculorum aut insidiarum negem, mentiar.*
10. *Si quaeratur quis musicus, quis grammaticus, quis poeta vere nominetur, possim explicare, quid eorum quisque profiteatur et quo non amplius ab quoque sit postulandum.*

3. Periodo ipotetico indipendente: il terzo tipo

1. *Si quid haberem quod ad te scriberem, facerem id et pluribus verbis et saepius.*
2. *Quod suades ut ad Quintum scribam de his litteris, facerem, si me quicquam istae litterae delectarent.*
3. *Nostrorum equitum nisi summa virtus fuisset, vivi capti essent.*
4. *Obsessaque urbs foret, super bellum annona premente, ni Horatius consul ex Volscis esset revocatus.*
5. *Si incertum fuisset quisnam exitus illius iudicii futurus esset, veri similius tamen esset eum potius corrupisse qui metuisset ne ipse condemnaretur quam illum qui veritus esset ne alter absolveretur.*
6. *Animus si ostendi et si in ulla materia perlucere posset, intuentes nos confunderet: ater maculosusque et aestuans et distortus et tumidus.*
7. *Pons Sublicius iter paene hostibus dedit, ni unus vir fuisset, Horatius Cocles.*
8. *Miror cur me accuses cum tibi id*

facere non liceat. Quod si liceret, tamen non debebas. 9. Id paene fecit nisi tua malitia adfuisset. 10. Egreditur castris Romanus, vallum invasurus ni copia pugnae fieret. 11. Si civis Romanus Archias legibus non eset, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur perficere non potuit. 12. Nisi multorum praecoptis mihi ab adolescentia suasissem nihil esse in vita magnopere expetendum nisi laudem atque honestatem, numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes obiecisse.

4. Periodo ipotetico dipendente

1. Metuo, si tibi denegem quod me oras, ne te leviorem esse erga me putas. 2. Neque dubitare debent nostri homines quin, si Helvetios superaverint, Romani una cum reliqua Gallia Haeduus libertatem sint erupturi. 3. Memini noctis illius cum tibi vigilanti vana quaedam miser atque inania falsa spe inductus pollicebar, me, si essem in patriam restitutus, praesentem tibi gratias relaturum. 4. Non dubitabat quin, si ipse Verrem convenisset, aequitate causae, auctoritate sua Ligus commovere hominem posset. 5. Facturusne operae pretium sim, si a primordio res populi Romani perscripserim, nec satis scio nec, si sciām, dicere ausim¹. 6. Ea res tantum tumultum ac fugam praebuit ut nisi castra Punica extra urbem fuissent, effusura se omnis pavida multitudo fuerit. 7. Caesar obsides imperat eosque ad certam diem adduci iubet: nisi ita fecerint, sese bello civitatem persecuturum demonstrat. 8. Caesar negat se more et exemplo populi Romani posse iter ulli per provinciam dare et, si vim facere conentur, prohibiturum ostendit. 9. Ipse Caesar praecepit vobis quodam modo, patres conscripti, ne sibi adsentireminis, cum ita dixit, aliam sententiam se dicturum fuisse eamque se ac re publica dignam, nisi propinquitate impediretur. 10. Nam quis nescit nihil magis profuturum ad absolutionem Socrati fuisse quam si eset usus illo iudicali genere defensionis et oratione sumissa conciliasset iudicum animos sibi crimenque ipsum sollicite redarguisset? 11. Hanc istum otii et pacis hostem causam arrepturum fuisse ad incendia, caedes, rapinas, nolo, pontifices, suspicemini nisi videritis. 12. Dicunt se, si qua res ad unum defenda sit, ad Cn. Pompeium delaturos potissimum, sed se extra ordinem nihil cuiquam dare. 13. Magno opere sese confidere demonstrat, si eius rei sit potestas facta, fore ut aequis condicionibus ab armis discedatur. 14. Illis damus consilium ne se hostibus dedant, quamquam perituri sint nisi fecerint.

5.

Etenim si viveret Q. Hortensius, cetera fortasse desideraret una cum reliquis bonis et fortibus civibus, hunc autem aut praeter ceteros aut cum paucis sustineret dolorem, cum forum populi Romani, quod fuisse quasi theatrum illius ingenii, voce erudita et Romanis Graecisque auribus digna spoliatum atque orbatum videret. Evidem angor animo non consilii, non ingenii, non auctoritatis armis egere rem

¹ *ausim = audeam.*

ne fecit nisi tua
surus ni copia
b aliquo impe-
praecptis mihi
m nisi laudem
as dimicationes

outes. 2. Neque
muni una cum
illius cum tibi
ollicebar, me, si
Non dubitabat
Ligus commove-
ordio res populi
. Ea res tantum
uent, effusura se
ad certam diem
demonstrat. 8.
provinciam dare
praecepit vobis
dixit, aliam sen-
si propinquitate
utionem Socrati
e summissa con-
isset? 11. Hanc
caedes, rapinas,
ad unum defen-
dinem nihil cui-
sit potestas facta,
consilium ne se

en reliquis bonis
s sustineret dolo-
lius ingenii, voce
orbatum videret.
armis egere rem

publicam, quae didiceram tractare quibusque me adsueficeram quaeque erant pro-
pria cum praestantis in re publica viri tum bene moratae et bene constitutae civi-
tatis. Quod si fuit in re publica tempus ullum, cum extorquere arma posset e mani-
bus iratorum civium boni civis auctoritas et oratio, tum profecto fuit, cum patroci-
nium pacis exclusum est aut errore hominum aut timore. Ita nobismet ipsis accidit
ut, quamquam essent multo magis alia lugenda, tamen hoc doloreremus quod, quo
tempore aetas nostra perfuncta rebus amplissimis tamquam in portum confugere
deberet non inertiae neque desidiae, sed otii moderati atque honesti, cumque ipsa
oratio iam nostra canesceret haberetque suam quandam maturitatem et quasi
senectutem, tum arma sunt ea sumpta, quibus illi ipsi, qui didicerant eis uti glo-
riose, quem ad modum salutariter uterentur non reperiebant.

6.

Non enim debo dubitare, iudices, quin, si qua ad vos causa eius modi delata sit
eius qui lege non teneatur, etiam si is invidiosus aut multis offensus esse videatur,
etiam si eum oderitis, etiam si inviti absoluturi sitis, tamen absolvatis et religioni
potius vestrae quam odio pareatis. Est enim sapientis iudicis cogitare tantum sibi a
populo Romano esse permissum quantum commissum sit et creditum, et non solum
sibi potestatem datam verum etiam fidem habitam esse meminisse; posse quem ode-
rit absolvere, quem non oderit condemnare, et semper non quid ipse velit sed quid
lex et religio cogat cogitare; animadvertere qua lege reus citetur, de quo reo cog-
noscat, quae res in quaestione veretur. Cum haec sunt videnda, tum vero illud est
hominis magni, iudices, atque sapientis, cum illam iudicandi causa tabellam sum-
pserit, non se reputare solum esse nec sibi quodcumque concupierit licere, sed habe-
re in consilio legem, religionem, aequitatem, fidem; libidinem autem, odium, invi-
diam, metum cupiditatesque omnis amovere maximiique aestimare conscientiam
mentis suae quam ab his immortalibus accepimus, quae a nobis divelli non potest;
quae si optimorum consiliorum atque factorum testis in omni vita nobis erit, sine
ullo metu et summa cum honestate vivemus. Haec si T. Attius aut cognovisset aut
cogitasset, profecto ne conatus quidem esset dicere, id quod multis verbis egit, iudi-
cem quod ei videatur statuere et non devinctum legibus esse oportere. Quibus de
rebus mihi pro Clienti voluntate nimium, pro rei dignitate parum, pro vestra pru-
denta satis dixisse videor.

7.

Philosophi summi nequedum tamen sapientiam consecuti nonne intellegunt in
summo se malo esse? Sunt enim insipientes, neque insipientia ullum maius malum
est. Neque tamen lugent. Quid ita? Quia huic generi malorum non adfingitur illa
opinio, rectum esse et aequum et ad officium pertinere aegre ferre, quod sapiens non
sis, quod idem adfingimus huic aegritudini, in qua luctus inest, quae omnium
maxima est. Itaque Aristoteles veteres philosophos accusans, qui existimavissent
philosophiam suis ingenii esse perfectam, ait eos aut stultissimos aut glorioissimos
fuisse; sed se videre, quod paucis annis magna accessio facta esset, brevi tempore phi-

losophiam plane absolutam fore. Theophrastus autem moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset, hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguum vitam dedisset; quorum si aetas potuisse esse longinquier, futurum fuisse ut omnibus perfectis artibus omni doctrina hominum vita erudiretur². Querebatur igitur se tum, cum illa videre coepisset, extingui. Quid? Ex ceteris philosophis nonne optimus et gravissimus quisque confitetur multa se ignorare et multa sibi etiam atque etiam esse discenda?

8.

Quaeres a nobis, Gratti, cur tanto opere hoc homine delectemur. Quia suppeditat nobis ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur et aures convicio defessae coniescant. An tu existimas aut suppetere nobis posse quod cotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina exclamamus, aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? Ego vero fateor me his studiis esse deditum. Ceteros pudeat, si qui ita se litteris abdiderunt ut nihil possint ex eis neque ad communem adferre fructum neque in aspectum lucemque proferre; me autem quid pudeat qui tot annos ita vivo, iudices, ut a nullius umquam me tempore aut commodo aut otium meum astraxerit aut voluptas avocarit aut denique somnus retardarit? Qua re quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure suscensat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum, quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique alveolo, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpsero? Atque id eo mihi concedendum est magis quod ex his studiis haec quoque crescit oratio et facultas quae, quantacumque est in me, numquam amicorum periculis defuit. Quae si cui levior videtur, illa quidem certe quae summa sunt ex quo fonte hauriam sentio.

2 L'apodosi irreale (*futurum fuisse ut ... erudiretur*) dipende da un'espressione sottintesa del tipo *Theophrastus dicebat*.